



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

L. Des Verdenschen Bischofs Conrad Indulgenzbrief, geistliche Verrichtungen vornehmen zu können, vom 16. November 1298.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

rum valeat exoriri, prefens scriptum in testimonium evidens nostro sigillo duximus roborandum. Datum anno incarnationis Domini MCCXCVII, in crastino sancti Dyonisii martyris et sociorum ejus.

Nach Fez Br. Urk. 909, 910.

XLIX. Bernard, Priester in Salzwehel, schenkt dem Hause zum heil. Geist daselbst  $\frac{1}{2}$  Wispel Salz aus der Saline zu Lüneburg, am 16. October 1298.

In nomine Domini Amen. — — Nos — Iohannes Georgii, Christianus apud fontem, Iohannes de Thuriz, Thidemannus de Kerkowe, Wolterus Sartor, Albertus de Brewitz, Iohannes de Luchowe, Tidekinus Godeschalci, Iohannes Hartwici, Hermannus Bormestere, Iohannes de Mechowe et Thethardus Felix, Consules veteris ciuitatis Soltwedele — uolumus notum esse, Quod dominus Bernardus, sacerdos, diuina motus misericordia, assignauit et dedit — — domui sancti Spiritus, extra muros nostros in Perwere site, dimidium chorum salis — in salina luneborch in domo eddinge de quatuor sartaginibus post obitum suum singulis annis recipiendum et perpetuo possidendum. De quo dimidio choro salis debet infirmis dicte domus — in eorum domo, ubicunque sita fuerit, ad consolacionem spiritualem missa vna diebus singulis decantari; si vero quod ab sit dicta missa prefatis infirmis ex negligencia prouisoris uel conuentus antedicte domus — subtraheretur, tunc nos Consules eandem missam eisdem infirmis ordinabimus de dimidio choro prehabito decantandam, donec prefate domus prouisor et conuentus ipsam missam decantare fecerit, ut est dictum. Datum et actum Anno Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>., XVII<sup>o</sup> kal. Nouembris.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwehel S. 6.

L. Des Verdenschen Bischofs Conrad Indulgenzbrieft, geistliche Verrichtungen vornehmen zu können, vom 16. November 1298.

Conradus, Dei gratia Verdensis ecclesie Episcopus, in Christo Ihesu dilecto viro Religioso preposito hospitalis sancti Spiritus extra muros soltwedelienfes salutem in omnium saluatore. Vt predicationis officium verbi diuini pabulo Christi fideles pascendo apud vestrum monasterium exercere indulgencias vestri monasterii proponere et Confessiones fidelium, qui vobis de licencia suorum confiteri voluerint petita et obtenta audire ac penitencias ipsis iniungere nec non personis vestri monasterii discretis hec eadem committere valeatis, vobis auctoritate qua fungimur in hiis scriptis concedimus potestatem, propterea omnibus Christi fidelibus contritis et confessis, qui vestro monasterio manus porrexerint adiutrices auctoritate Dei omnipotentis et nostra confisi quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Verde, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>., XVI<sup>o</sup> Kal. Decembr.

Danneil's Kirchengeschichte der Stadt Salzwehel S. 6.